

*causis expetitur fuit ceu maximè necessarium Divino cultui sustentando, ejusque Ministris de hominum salute benè adeo meritis, ac membris Christi quae pauperes sunt pascendis, id nunc paucos post annos eripiemus?*

*Atqui, ut Majestas tua cognoscat, atque perspiciat, quam prolixum erga te geramus animum ac voluntatem, in hac re etiam tam ancipiti, aliqua tibi ratione gratificabimur.*

*Itaque, dummodo intactae sint, eae decimarum illarum partes quae ad Parochos et ad sacra aedificia pertinent; item eae quibus sublatis aut deminutis congrua Beneficiatis aliis se cuique honestè sustentandi ratio non consisteret; reliquas, in Regium tuum Erarium conferri ad decennium proximum pariter tibi concedimus et indulgemus. Quod quidem temporis intervallum tibi in Rempublicam omni cogitatione, et cura vehementissimè incumbenti, tuisque Administris tecum praeclarè adnitentibus et adlaborantibus salis esse speramus, cum Dei auxilio quod dies noctesque imploramus, ut aere tu alieno Syngrapharum quas diximus, quod te maximè urget, libereris, neque illae prorsus appareant, nec simile aliud quippiam, quod ad eas fortè minuendas ex-*

tan pocos años, lo que con tanta ansia y con tan justas causas fue deseado como sumamente necesario para la conservacion del culto Divino y manutencion de sus Ministros, tan beneméritos en órden á la salvacion de los hombres, y á los miembros de Christo que son los pobres?

Mas sin embargo, á fin de que V. M. vea y conozca hasta donde llega la propension de nuestro ánimo y de nuestra voluntad hácia su Real Persona, aun en este punto tan difícil, procuráremos agraciár á V. M. de alguna manera.

Y así, con tal que queden intactas aquellas partes de diezmos que pertenecen á los Párrocos y edificios sagrados, y tambien aquellas que quitadas ó disminuidas resultaria no quedar á los demas Beneficiados la cóngrua competente para la decente manutencion de cada uno: concedemos y permitimos igualmente á V. M. que las restantes sean puestas en su Real Erario por espacio de los diez años próximos siguientes. Cuyo espacio de tiempo esperamos sea suficiente á V. M., dedicando vehementísimamente todos sus conatos y esmero en beneficio del Estado, y á los Ministros que particularmente ayudan en estos trabajos á V. M., mediante los auxilios de Dios que imploramos de noche y de dia; para que sea V. M. libertado de la deuda con que se halla principalmente oprimido,

